

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLXI. Tropien. De valida vel invalida alienatione bonorum  
fideicommissi, ubi accedat licentia Superioris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](#)

## DISC. CLXI.

ab initio assignari tot bona reddentia istum frumentum quem ejus vita durante sua manu exigere posset abique eo quod à fideicommissio dismembrata remanerent.

Sienim, neque pro ipso ære alieno testatoris ad alienationem procedi potest, quoties illud non est reperibile, neque creditores urgent, ut frequenter contingit in sorte principali centuum, quorum debitum ex tempore non cessat, ut apud Duno-  
zett dec 846 &c in aliis de quibus in Tropien. diffe. seq. Multomagis in praesenti jure vitalicio per Mortem ipsius Monialis cessaturo, ideoque ex ista præsertim circumstantia evidenter constare videbatur de machinatione ac dolo fraudandi prohibitionem legis & hominis.

Ad motivum autem rei individua licet alienabilis, etiam si eius valor necessitatem excederet ut supra, admitebam veritatem conclusionis in casu suo, Negabam autem eius applicationem ad factum, cum procederet, ubi necessitas ita exigere, securus autem existentibus bonis dividuis, atque ne cestati magis adaptatis ex deductis in eadem supra alleg. Tropien. diffe. seq. Et secundum præmissa iudicatum fuit, sed introducta, per reum non acquiescentem causa appellationis in Rota, deventum est me consulente ad honestam concordiam, stante quod empri per fideicommissarios erat saltem resti uenda illa summa, quæ pro dicta dote de ejus pecunia erogata fuerat, cum penes eos remanebant alia bona inferioris valoris, quæ juxta ipsorum actorum instantiam distrahenda erant.

## TROPIEN.

PRO

LEONARDO CABALLO.

Responsum pro veritate.

De valida vel invalida alienatione bonorum fideicommissi, ubi accedit licentia Superioris.

## SUMMARIUM.

- 1 Alii series.
- 2 Annua onera fideicommissi solvenda sunt ex fructibus.
- 3 Ad materiam text in l. creditoris arbitrio &c.
- 4 Creditor negligens non molestat fidei jussores vel terrios.
- 5 Quid requiratur ut pro ære alieno testatoris alienari possint bona fideicommissi.
- 6 An licentia alienandi bona fideicommissaria habeat sub se conditionem, dummodo accedit justa causa.
- 7 Quandoque facultas alienandi dicitur in gratiam fideicommissi & maiorem ejus cautelam.
- 8 Etiam in casu licet alienationis pro ære alieno testatoris, non per hoc possunt alienari bona meliora.
- 9 Declaratur conclusio, quando hæres teneatur habere ratum factum defuncti etiam in rebus propriis.

**S**ex Cæsare filio nepotibus, perpetuum fideicommissum ordinavit ad favorem eius lineæ ac descendentiæ masculinæ, & in eius defectum ad favorem aliorum de agnatione, fœminis semper exclusis, cum strictissima prohibitione alienationis, adiecta ratione perpetuae conservacionis bonorum in familia, subiungendo, quod si continget eius heredes vendere velle aliqua bona, pretium ad eorum manus devenire non valeat, sed illud deponit debet in loco tuuo ad effectum, ut recta via possit reinvestiri in alia bona stabilia ad favorem fideicommissi. Atque inter alia bona remanserit in dicta pingui hereditate valoris ducatorum 60. m. & ultra, aderat quædam insignis tenuta habens Ecclesiast. & conspicuum turrim, aliaque ædificia & commoditates, ita ut esset nedium melius, magisque pretiosum membrum hereditatis, sed etiam magis conspicuum prædium in toto territorio patriæ testatoris, ac locorum adiacentium, & in qua testator particulariter habebat affectionem. Tum quia longo tempore per eius maiores possessa fuerat, tum etiam quia ipsemet eam notabiliter auxerat ac melioraverat, præsertim cum pluribus ædificiis affigendo in dicta turri insignia propria & eius uxoris quæ erat etiam de nobilissima familia. Obuenta vero dicta tenuta in portionem Franciscij, hic sub prætextu solvendi debita testatoris ducatorum 3000. nempe 1500. in sorte principali cuiusdam census, & tandem pro fructibus decursis, necnon pro obtinenda dispensatione Apostolica super matrimonio contrahendo cum Livia Caballa secundo consanguinitatis gradu libi conjuncta, cuius impensa importabat ducatos mille, stante etiam implicita licentia alienandi deducta ex enarrata testatoris dispositione super investimento pretii, obtinuit à Sacra Conf. Neapolitano licentiam vendendi ex dictis causis bona fideicommissaria cum obligatione implicandi residuum pretii in emptionem annorum redituum pro majori utilitate fideicommissi, dictæque licentia innixus dictam tenutam alienavit pro pretio ducatorum 15. m. ex quibus 4. m. erogati fuerunt in superiori expressas causas, reliqui vero 11. m. investiti in tot annos redditus fiscales ejusdem patriæ; Mortuo autem dicto Francisco, ac de latto fideicommisso ad Leonardum, cum hic intenderet tenutam prefatam ut pote malè alienatam vindicare, me consuluit, an hac prætensione probabile justitia fomentum haberet.

Exstante dicta præsupposita facti serie, affirmativè etiam pro veritate respondi, quatenus alia facta diversæ circumstantiae non accederent; Stante siquidem prohibitione hominis, non est cum prohibitione legis, in jure non dubitatur de nullitate alienationis bonorum fideicommissi, quoties non concurrat iusta causa, quæ dictæ regulæ limitationem inducat, & quam nullam in praesenti concurrere mihi videbatur, Quare us enim pertinet ad illam pro dissolvendo ære alieno omnino insubstiens remanebat, quoniam debitum ducatorum 1500 pro fructibus census decursis post testatoris mortem non erat debitum hereditatis, ac ipsius testatoris, sed eisdem heredis gravati, cui percipienti fructus bonorum hereditariorum incumbit onus solvendi fructus censum, supportandique alia annua onera passiva, pro quibz bona fideicommissi in sorte principali ab eodem herede distrahi non possunt,

ut in specie habetur apud Ottob. decis. 146. apud Du-  
n. Zeit decis. 848. in Romana fideicommissi 7. Iunii 1652.  
ram Zarata, Romana fideic. de Marianis 12. Ianuarii  
1660 & 29. Ianuarii 1661 coram Albergato, & frequen-  
ter cum sit principium non admittens controversi-  
am; Remanent siquidem bona hæreditaria affecta  
creditori censuario, cui pro fructibus decursis, quam-  
vis ab hærede præstandis, datur actio ad bona im-  
positoris, quoniam hæredi negligenter non potest  
creditoribus præjudicare, ita ut siad instantiam isti-  
us bona hæreditaria pro fructibus post mortem te-  
fatoris decursis subhastantur, essent benè subhasta-  
ta, Non per hoc tamen eidem hæredi culpo ob-  
debitum ab ipso solvendum ac non solutum, con-  
cedendum est voluntariam alienationem facere, ita ut  
ubi ad instantiam creditorum iudiciale auctoritate  
alienatio necessaria sequeretur, fideicommissio rema-  
neret actio contrà ipsum grava, um pro reintegrati-  
one, & quanti interest eius facto & culpa dictam al-  
ienationem sequitam esse.

Quinimò etiam casu quo creditor censuarius ob-  
fructus à gravato non solutos judicialiter peteret ex-  
ecutionem in bonis hæreditariis præsertim stabili-  
bus, non incongruum, neque à iuris ratione alienum  
dicebam judicium arbitrium intrare posse pro dicta  
exequitione deneganda, quodque creditor cogere-  
tur excutere bona ipsius gravati, ex quibus, si com-  
modè satisficeri potest, iustum non est, ut bona per-  
petua conservationi mediante fideicommissio desti-  
nata distrahanter, Vel quod cogi debeat fructus de-  
cursus exigere ex fructibus bonorum fideicommissa-  
riorum ad instar fructuum dotalium decursum, qui  
in vim Aubres que ex fideicommissio debentur jux-  
ta deducta sub tit. de feud. dis. 79. & sub tit. de dote  
dis. 5. & advertitur in Romana fideicommissi seu Sal-  
viani de Vacis dis. 163.

Idque, tum ex rationibus & fundamentis, de quibus in aliis locis proximè citatis, tum etiam ex dupli-  
cili alia ratione; Primo nempè, quod licet cre-  
ditoris arbitrio repositum sit bona debitoris  
sibi benè visa pro ejus arbitrio eligere pro  
satisfactione obtinenda ad text. in l. creditoris ar-  
bitrio ff. Ide distracti pignor. Atamen potest  
eo arbitrium à judice responari, ut si aliquo  
honesto modo satisficeri potest, non distrahanter bo-  
na pretiosa & magni valoris. Anna sen. alleg. 141. num.  
4. Ann jun. cons. 63. num. 7. & cons. 76. num. 1. de Marin rej. 16. & 58. lib. 2. Adden. ad Burrat. des. 420. infine.

Et secundò quod creditoris negligenter in non  
exigendo debito tempore fructus deber aliquam  
habere punitionem, Non quidem circa omnimo-  
dam eorundem fructuum amissionem, cum tutus de  
iure suo patiendo negligere potuerit, sed ob eorum  
dem asequitionem, Vel ex bonis gravati, à quo exi-  
gere neglexit, Vel minutatum ex situibus, nè aliis  
creditoris ac hærede gravato colludentibus, ita de  
facili admittatur fraudulenta eversio fideicommissio-  
rum; Unde propterea habemus in iure punitam cre-  
ditoris negligientiam, ut contrà fideiustores vel ter-  
tios possellores actio denegetur, quando poterat à  
principalis satisfactionem debiti obtinere, & debite  
neglexit Ruit dec. 42. num. 115. Reias dec. 163. num. 15. &  
seq. cum aliis per Add. ad decis. 6. p. 3. recen. nu. 127. &  
seqq. & in sua materia sub tit. de credito.

Eadem infœctio resultabat ex alio debito eiusdem  
census in forte principali quoniam ad effectum, ut  
ad validam voluntariam alienationem procedi val-  
eat pro debitis testatoris, opus est, ut ista omnino  
urgeant, ita ut hæres necessitate pressus id facere di-  
caatur pro evitanda eorumdem bonorum judiciali,

ac necessaria alienatione, qua magna damnatio  
præjudicialis esse solet, quod verificabile non es-  
t. debitibus ex causa censuum in forte principali quoniam  
juxta unam opinionem etiam de iure commu-  
ne intrinseca natura contractus, vel falso in  
tanter ex Constitutione Pii V. De Censibus, et de  
& perpetuo ex parte creditoris irrepebilis, & se-  
quenter dari non potest urgencia, ut in ipsa  
Romana fideicommissi de Zuccari 4. Febr. 1652. &  
Dunozetto inter suas decis. 146. num. 30. & 31.  
Melevitana fideicommissi 13. Martii 1651. Bida. 1.  
aliis frequenter.

Et multò minus urgens dici potest in  
pro obtainenda dispensatione Apostolica ad  
contrahendi matrimonium aliis de pure pos-  
tum, cum nulla lex, vel legis ratio probet  
justam causam alienandi bona fideicommissi,  
est impensa merè voluntaria ipsius gravati, &  
nulla necessitas cogit contrahere nuptias  
tas, & quæ alijs juxta unam opinionem inde-  
putantur, ita ut deneganda veniente a pro-  
qua regulariter de jure alij concedetur, &  
tut sub tit. de dote dis. 1. & 142.

Quovadò ad licentiam alienandi, quæ pre-  
batur implicitè per testatorum concilia in ac-  
cepto, quod hæredibus alienare voluntibus pro-  
deponi ac recta via investiri debet; Dicibus  
quicquid sit, An alienandi facultas etiam eni-  
concessa intelligenda veniat accidente iusta  
non alijs justa cons. 476. Roman. fin. fin. 109  
109 num. 1. & 112. numer. 8. & lib. 2. & cons. 140.  
lib. 3. Menoch cons. 226 numer. 26. & sequen. quæ  
concordantes.

Neque suppetebat necessitas huiusmodi nisi  
onem assumendi, cum verè talis facultatis con-  
facto cessaret, dum praecipuum non gravitas  
gravati, sed portiùs odium ac restrictione no-  
tinebat in gratiam fideicommissi, testator em-  
redis fidem sequi noluit, nullamque fiduciam ne-  
habet, sed quia multicusus contingere potest  
quibus, vel necessarium, vel conguum suffici-  
tus iei alienationem fieri, que per aliquem pa-  
tractum coactivum à legge vel statuto concep-  
per Principis extraordinariam potestem, in  
tiam ad effectum permutandi in melius, quæ  
iure conceditur.

Et nihilominus etiam in casu quo omni-  
de predicta efficit hæreditaria, & tali quod ad alio-  
rum bonorum distractionem devenerit potuisse  
per hoc alienari potuit res tam magni valoris  
tenus necessitat proportionata, dum aderant  
magis congrua, minus speciosa, & ad quæ celo-  
non habebat eam particulariorem affectionem, que  
habebat ad istam tenutam ut potè in universi-  
tate meliore, & familiæ decori magis congrua  
ex deducitis per Peregr. art. 50. numer. 15. Effer. que  
541. numer. 12. cum sequen. Gabr. cons. 18 na. 5. & 19  
lib. 1. Rota in dicta Romana fideicommissi de Zuc-  
caro 4. Februario 1650 Dunozetto inter suas decis. 146.

Adeo ob istam circumstantiam dicitur  
alienatio, ubi præscripti prohibitioni legit acci-  
illa hominis, quod licet juxta magis communis  
ac hodiè in foro receptam opinionem fideicom-  
missarius, qui sit hæres gravati alienantis teneat pro-  
prie habere ratum factum sui auctoris, quoniam ip-  
se proprio veniat ex deducitis per Franc. dec. 1650  
153 & 355 Fusar. queff. 557 Adden ad Burrat. dec. 1652.  
Romana residui dotis 11 Decembri 1652. & 5. Januarii 1653.  
Cerro & in alijs frequenter, Nihilominus usitata re-  
lata concurredit aliqua particulare circumstantia

vel quia fuerit maiorum, vel quia sit conspicua, ita ut  
melior vel aequalis faciliter haberi non possit, vel  
quod testator particularē affectionem in ea ha-  
buerit, tunc recte intrat opinio. Grammat. decis. 93.  
& sequacium, ut heres contra auctoris factum veni-  
re possit ad ipsam rem vendicandam, quamvis  
ob hereditariam qualitatem ad pretii restitu-  
tionem adstrictus permaneat ex deductis per Gabr.  
conf. 125 sub num. 22, lib. 1. Adden ad Buratt. decis. 395.  
num. 6. plenē Rota in Bonon. fideicommissi de Rubis 30.  
Maii 1646. Corrado decis. 363, par. 10, recent. Et in  
alii, quia est propositio vera, rationabilis, & re-  
cepta.

## MEDIOLANEN. FIDEICOMMISSI

*Responsum pro veritate suppressis no-  
minibus.*

Bona alienata pro ære alieno testatoris,  
& postea recognita àn reincidunt in  
fideicommissum; Et de materia æ-  
ris alieni, vel detractionum non per-  
cipiendarum ex bonis particulariter  
alienari prohibitis.

### SUMMARIUM.

- 1 Fæc series.
- 2 Bona fideicommissaria redempta seū alias recu-  
perata per gravatum nomine hereditatis spectant  
ad fideicommissum, quod est debitor pretii.
- 3 Bona semel à fideicommisso extracta, & valde alie-  
nata finguntur in illo non sive.
- 4 Hares gravatus non prohibetur acquirere nomine pro-  
pria bona fideicommissaria alienata, quæ non re-  
incident.
- 5 Fructus percepti per gravatum non imputantur in de-  
bita soluta.
- 6 Amplius, eransi testator dicat illa extingui debere  
cum fructibus, nisi constet esse percepta ad  
commodum fideicommissi quia alias eesolutivit in  
consilium.
- 7 Prima alienationes sunt valida in causam legitime.
- 8 Bona subjecta fideicommisso particulari, & vel particu-  
lariter prohibita non possunt capi pro detrac-  
tionibus vel ære alieno, nisi in subsidium.
- 9 An ex speciali prohibitione alienationis aliquorum  
bonorum resulteret fideicommissum particolare.
- 10 Declaratur cum distinctione inter reum & acto-  
rem, ac successorem universalem, vel particu-  
larem.
- 11 De alia declaratione.
- 12 Testatore praesciente heredi gravato solutionem  
æris alieni, an hac fieri debeat de proprio.
- 13 Testator potest disponere de bonis heredis, &  
in illis eum gravare, & quomodo id proce-  
dat.

**T**estator, instituto herede nepote ex filio p̄-  
mortuo, fideicommissum ordinavit ad favo-  
rem diversarum personarum, cum stricta  
prohibitione alienationis sub pena caducitatis, ac  
annullationis actus, illam tamen speciale magis  
que enixa adjicendo respectu domus & quorum-  
dam aliorum bonorum stabiliū mandando, quod  
si aliquis reperiatur ex iusta causa eius verus credi-  
tor per heredem satisfiat. Cum autem ob delictum  
dicti heredes bona hereditaria juxta morem à fisco  
apprehensa essent curarunt credidores testatoris, le-  
gitime eorum creditus iustificari, obtinere à judice  
libi adjudicari aliqua ex bonis dictam specificam ali-  
enationis prohibitionem habentibus, quia deinde her-  
es in gratiam restitutus mediante solutione pretii,  
ac retrocessione acquisivit, unde defuncto dicto her-  
ede sine successore fideicommissi capaci, eius heres  
bona predicta tanquam libera distractio in diversos  
contra quos vocati ad fideicommissum iudicium  
vindicationis instituerunt; Atque præsuppositis ad  
ad favorem auctorum, fideicommissi existentia, & per-  
tinencia, suppressis nominibus requisitus sibi, an pro  
auctoris vel reis probabilitus respondendum esset.

R espondi resolutionem pendere ab inspectione  
tituli, sub quo heres gravatus dicta bona creditori-  
bus per judicem in solutum data seu adjudicata qua-  
sivit, an scilicet titulo & nomine hereditario tan-  
quam per viam redemptionis, seu restitutio medi-  
ante solutione debiti, vel potius nomine proprio per  
viam novæ ac voluntariae alienationis, unde dicebant  
questionem videri potius facti quam juris.

Primum enim casu, cum bona redire dicantur ad  
suam primævam causam, coincidenti in fideicom-  
missum, atque pertinent ad vocatos ad illud, quam-  
vis recuperatio seu redemptio facta esset cum pecu-  
nia propria heredis gravati, qui tali casu erit credi-  
tor fideicommissi in quantitate, pro quæ tanquam  
legitima detractione retentionem quoque præten-  
dere potest, sed id non influit ad dominium bono-  
rum omniumque effectuum, qui ejusdem domi-  
ni sequela sunt, ut per Peregrini de fideicommissis art. 42.  
numer. 22. Decian. conf. 8 num. 18. lib. 2. Fusar. qui de  
more alios colligit quas. 629 num. 1 tum sequen. Cœ-  
valer dec. 58 & 70 Roias decis. 101. conferunt quæ in  
simili de bonis antiquis recuperatis habentur magi-  
straliter apud Franch. dec. 39. 61, & 64. Fab. de Ann. confi-  
4 in fine.

E converso atitem in alio casu, oppositum dicen-  
dum est, quoniam bona semel à fideicommisso  
pro ære alieno testatoris validè extracta & alienata,  
finguntur nunquam fusile in hereditate ex deduc-  
tis per Othob. decis. 223. num. 9. cum sequen neque her-  
es gravatus seu alter fideicommissi possessor pro-  
hibetur illa acquirere tanquam tertius ad proprium  
commodum independenter à fideicommisso, in  
quod non reincidunt, quoniam nulla ratio suppetit,  
ut ipse deterioris conditionis esse debeat quocum-  
que extraneo, ut ex Peregrini supra num. 20. & aliis,  
Rota apud Roias dicta decis. 101, quæ est in una Bonon.  
de Clavarinis, & in eadem 30. Maii 1642. & 18. Maii  
1643. coram Dunozetto inter suas dec. 667. & 708. 87  
magis explicitè in Fanen. bonorum 4. Decembri 1654.  
& 21. Junii 1655. coram Zarata in quibus agitur de  
bonis à fideicommisso extractis pro dotibus con-  
tuendis vel restituendis in vim auth res que, deinde  
que ex donatione facta per ipsas mulieres vel ex a-  
liis titulis reversis ad gravatum, & de qua causa ha-  
beat